

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1247

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

311. *Pabst Innocenz IV ermahnt die Bürger Straßburgs, in ihrer Treue gegen den heiligen Stuhl zu verharren. 1247 Januar 31 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis civibus Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem. pro<sup>a</sup> sincere dilectionis affectu, quem ad  
 5 apostolicam sedem ostenditis per opera vos habere, dignis vos<sup>b</sup> in domino laudibus commendantes gratiarum vobis multimodas referimus actiones. quia vero non qui inceperit, sed qui<sup>c</sup> usque in finem perseveraverit, censetur a domino coronandus, universitatem vestram rogamus attentius et monemus per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus sic in predictae sedis devotione, prout bene fecistis, hactenus  
 10 persistatis inconcussa constantia, viriliter et potenter, quod apud deum meritum et laudem vobis apud homines comparetis ac ecclesia Romana teneatur vobis proinde universis et singulis grata vicissitudine respondere. datum Lugduni 2 kalendas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

15 *S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. Der untere Rand des Pergaments vollständig ausgerissen, daher nicht zu entscheiden, ob das Stück bullirt war oder nicht. Auf der Rückseite wohl von gleicher Hand Peregrinus.  
 Gedruckt nach dem Briefbuch A fol. 2<sup>a</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 396 nr. 524. — Potthast Reg. pontif. nr. 12410.*

312. *Bischof Heinrich und das Domcapitel von Straßburg geloben, die Straßburger Vogtei nie in die Hand eines fürstlichen Geschlechts zu bringen, wofür ihnen die Ministerialen und Bürger Straßburgs Schirm und Schutz versprechen. 1247 Mai 1 Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

Heinricus divina miseratione Argentinensis episcopus, Arnoldus prepositus, Bertholdus decanus, Fridericus cantor, Cunradus<sup>d</sup> scolasticus, Cunradus<sup>e</sup> camerarius totumque capitulum majoris ecclesie notum facimus omnibus Christi fidelibus  
 25 presens scriptum inspecturis, quod sicut olim [weiter wie in nr. 290 bis hoc inpugnare]. e converso ministeriales ecclesie et cives Argentinenses fideliter promiserunt, personam, res et possessiones Heinrici episcopi nunc residentis necnon cujuslibet sui successoris, qui sepe dictum sacramentum super articulo advocatie  
 30 subierit aut subire voluerit, omnium etiam canonicorum Argentinensium tam presentium quam futurorum ac totius civitatis cleri, qui umquam pro tempore fuerit, contra omnem hominem defendere. consules vero civitatis, quandocumque fuerint inmutati et renovati, jurabunt defendere et promovere bona fide omnes, quos ad horum conservantiam et stabilitatem processu temporis viderint vel crediderint  
 35 expedire, aut quorum consilio vel auxilio supramemorata firma et salva consistere poterunt et permanere, et eodem modo clerum in suo honore et libertate debita defendere et conservare. ne igitur hoc factum posterorum cavillatione vel temporis intervallo possit in irritum revocari, presens exinde pagina est conscripta et sigillis venerabilis domini Heinrici episcopi, capituli majoris ecclesie et civitatis Argenti-

a) pro auf Rasur. b) vos auf Rasur. c) qui auf Rasur. d) S + Cünradus. e) S + Cünradus.

nensis in testimonium sollempniter communita. acta sunt hec apud Argentinam in palatio episcopi anno verbi incarnati 1247, festo apostolorum Philippi<sup>a</sup> et Jacobi, presentibus hiis testibus: Heinrico de Ohsenstein, Bertholdo<sup>b</sup> de Sultze, Reinhardo de Tengen, Cunrado<sup>c</sup>, Eberhardo et Otthone<sup>d</sup> fratribus de Entringen, Bertholdo<sup>e</sup> de Thiersberc, Marquardo<sup>f</sup> dicto Sunnencalp canonicis majoris ecclesie; Nicholao<sup>g</sup> cantore sancti Thome, domino Ludewico de Liechtenberc, domino Alexandro de Dicke fratre domini episcopi, Walthero marscalco, Willehelmo vicedomino, Alberto Bagario albo, Wernhero Cagone, Wernhero Bagario, Cunrado<sup>h</sup> Virnecorn et filiiis suis Reimboldo et Reinboldo<sup>i</sup>, Erbone filio judicis, Johanne de Kunigeshoven, Burchardo<sup>j</sup> Dispensatore, Johanne Vitulo, Rudolfo de Vegersheim, Hugone Riplino, Friderico de Hagenowe, Siglino Bilde, Gozzone, Erbone et Reimboldo filiiis Nicholai<sup>k</sup>, Friderico inter mercatores, Wirico, Cunrado<sup>l</sup> de Zavernia, Rudolfo filio Lentzelini, Reimboldo Stiubenwec, Heinrico filio Marsilii, Hecelone de Echevirdesheim<sup>m</sup> magistro civium et aliis quam pluribus.

*S* aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. c. 3 sig. pend. laesis. 15  
*S* 1 coll. ibid. or. mb. c. 2 sig. pend. Das Siegel des Domcapitels ist abgefallen.  
 Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 54<sup>a</sup> ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 396 nr. 526.

313. Innocentius IV papa episcopo Argentinensi mandat, ut abbatem conventumque Maurimonasterii ordinis sancti Benedicti a pensione absolvat, quam Berwardo clerico, nunc canonico ecclesie sancti Petri Argentinensis, solvere adhuc debeant. «ex parte dilectorum». datum Lugduni 9 kalendas junii, pontificatus nostri anno quarto. 1247 Mai 24 Lyon.

*B* aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 541 or. mb. c. bulla pend. <sup>1</sup>

314. Innocentius IV papa episcopo Argentinensi committit, ut Bertoldo canonico Argentinensi, filio nobilis viri Conradi de Horburg, cujus parentes et consanguinei ecclesie Romane negotia viriliter promoveant, plura beneficia conferat, que nobilitati illius expedire videat. «cum sicut ex tenore». datum Lugduni nonis junii, pontificatus nostri anno quarto. 1247 Juni 5 Lyon.

Aus Schöpflin Als. dipl. I, 397 nr. 527 nach den Registern Innocenz IV im Vatican. A. — Potthast Reg. pontif. nr. 12548. 30

a) *S* † Phylippi. b) *S* † Bertoldo. c) *S* † Cånrado. d) *S* † Ottone. e) *S* † Bertoldo. f) *S* † Marquardo. g) *S* † Nicolao. h) *S* † Cånrado. i) *S* † Reimboldo. j) *S* † Burcardo. k) *S* † Nicolai. l) *S* † Cånrado. m) *S* † Echevirdesheim.

<sup>1</sup> Ebenda findet sich noch im Original eine zweite Bulle Innocenz IV, 1248 November 25 Lyon, die gleiche Angelegenheit betreffend, sowie fasc. 542 eine Entscheidung Pabst Alexanders IV darüber, 1261 März 28 Rom im Lateran, or. mb. c. bulla pend. delapsa. 35

315. *Petrus Bischof von Albano und Hugo Abt der Augustiner zu Sens beurkunden, daß der römische Bürger Saxo die Rückzahlung von Summen, die ihm Bischof und Domcapitel von Straßburg schuldeten, vor ihnen bescheinigt habe. 1247 Juni 14 Sens.*

5 Petrus dei gratia Albanensis episcopus<sup>1</sup> et Hugo abbas sancti Johannis Senonensis ordinis sancti Augustini omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. noverint universi, quod in nostra presentia constitutus Saxo Johannis Alberici civis Romanus recognovit et confessus fuit coram nobis, se recepisse a magistro Conrado custode sancti Thome Argentinensis procuratore venerabilis patris  
10 H[einrici] episcopi Argentinensis et ejusdem loci capituli centum et viginti novem marcas ad pondus Trecense et iterum quatuor marcas pro defectu argenti, quod non fuit purum, sicut judicatum fuit per cansores civitatis Senonensis. de quibus centum et viginti novem marcis argenti Saxo predictus se tenet bene pagatum pro se et pro Johanne fratre suo, renuntians exceptioni non ponderate pecunie et omni  
15 juris auxilio canonici et civilis et omnibus exceptionibus, que predicto Saxoni possent prodesse et predictis episcopo et capitulo nocere. confitetur etiam predictus Saxo pro se et pro Johanne fratre suo coram nobis, quod de summa sexentarum marcarum, in quibus dictus episcopus et capitulum Argentinenses tenebantur eidem, bene tenet se simili modo pagatum et quitum, exceptis octo marcis de sorte et  
20 quatuor libris Turonensibus, quas accomodavit dictus Saxo Petro Guidoni eorundem episcopi et capituli procuratori apud Barrum super Albam, quod remanet. in cujus rei testimonium ad petitionem dictorum custodis et Saxonis presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. ego Saxo predictus sigillum meum cum sigillis domini Albanensis episcopi et abbatis sancti Johannis predictis  
25 apposui. datum Senonis anno domini 1247, mense junio, proxima 6 feria post festum beati Barnabe apostoli.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2727 or. mb. c. 3 sig. pend. partim laesis. Gut erhalten ist das Siegel Saxos.*

316. *Pabst Innocenz IV bestätigt den Bürgern Straßburgs ihre Privilegien, die sie von Kaisern und Königen erhalten haben, namentlich das Friedrichs II, 1236 März Colmar. 1247 Juli 22 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis consulibus et universitati Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. cum hii, qui se apostolice sedi grate devotionis studio amabiles exhibent, sedis ejusdem optinere favorem  
35 specialius mereantur, nos vestra servitia, que Romane ecclesie liberaliter exhibuistis hactenus et impenditis<sup>a</sup> incessanter, memoriter retinentes et volentes ob hoc

a) *H t' impeditis.*

<sup>1</sup> *Petrus V de Colle medio, 1245—1253.*

civitatem vestram, quantum cum deo possumus, multiplici extollere honorificentia vestrisque votis annuere favorabiliter et in hiis, que digne deposcitis, exhibere vobis benignum exauditionis auditum, vestris supplicationibus inclinati libertates et immunitates ab imperatoribus et regibus Romanorum civitati vestre ac vobis indultas, sicut in transcripto privilegio F[riderici] quondam Romanorum imperatoris sigillis 5 venerabilis fratris nostri . . . episcopi et capituli Argentinensis ac universitatis vestre munito perspeximus contineri, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem transcripti prefati de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est: [folgt nr. 246]. nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. si 10 quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. datum Lugduni 11 kalendas augusti, pontificatus nostri anno quinto<sup>1</sup>.

*H aus Heidelberg. Univ. Bibl. I nr. 28 or. mb. c. bulla pend. delapsa. Auf der Rückseite wohl von gleicher Hand Johannes de Assisio.* 15

*H 1 coll. ibid. nr. 129 or. mb. c. bulla pend. delapsa mit demselben Dorsualvermerk.*

*Gedruckt ohne Quellenangabe bei Wencker Disqu. de ussburg. p. 7 = Lünig XIV, 1, 726 nr. 4 = Laquille pr. p. 40. Nach Briefbuch A fol. 1<sup>a</sup> im Straßb. St. A. Schöpflin Als. dipl. I, 400 nr. 533. — Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XXIV, 163; Potthast Reg. pontif. nr. 12617.* 20

317. *Pabst Innocenz IV bestätigt den Bürgern Straßburgs ihr Uebereinkommen mit Bischof und Domcapitel über die Vergabung der Straßburger Vogtei. 1247 August 5 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis consulibus et universitati Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem. cum hii, qui se 25 apostolice sedi grate devocionis studio amabiles exhibent, sedis ejusdem optinere favorem specialius mereantur, nos vestra servitia, que Romane ecclesie liberaliter exhibuistis hactenus et impenditis incessanter, memoriter retinentes volumus ob hoc civitatem vestram, quantum cum deo possumus, multiplici extollere honorificentia vestrisque votis annuere favorabiliter et in hiis, que digne deposcitis, exhibere vobis 30 benignum exauditionis auditum. cum itaque, sicut nobis exponere curavistis, venerabilis frater noster . . . episcopus . . . decanus et capitulum Argentinense ad instar bone memorie H[einrici] episcopi Argentinensis et canonicorum predecessorum suorum de consensu et voluntate unanimi ministerialium civium et aliorum fidelium suorum duxerint innovandum ac firmiter statuendum, quod advocatiam civitatis 35 vestre cum juribus et pertinentiis suis nulli unquam imperatorum, regum, ducum seu aliarum illustrium personarum aut eorum proli conferri liceat seu quocumque

<sup>1</sup> *Die Ausführung und den Schutz seiner Verfügung vertraut Innocenz IV den Pröbsten der Straßburger Kirchen von St. Arbogast, St. Thomas und St. Peter an, 1247 September 19 Lyon. Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 14 or. mb. c. bulla pend., gedruckt bei Wencker Disqu. de ussburg. p. 10 = Lünig XIV, 1, 728 nr. 5. — Potthast Reg. pontif. nr. 12692.* 40